Quelle: https://manuscripta.at/?ID=45
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



37

In diebus illis. Factus est sermo domini ad me
dicens. Quid est quod inter uos parabolam
uertitis in prouerbium istud in terra israel dicen
tes. patres nostri comederunt uuam acerba. et
dentes filiorum obstupescunt. Viuo ego dicit
dominus deus. si erit uobis ultra parabola hec in
uerbum in israel. Ecce omnes animae meae sunt.
Vt anima patris. ita et anima filii mea est. a
nima quae peccauerit. ipsa morietur. Et uir
si fuerit iustus. et fecerit iudicium et iusticiam.
in montibus non comederit. et oculos suos non
leuauerit ad idola domus israel. et uxorem pro
mi sui non uiolauerit. et ad mulierem menstruata
m non accesserit. et hominem non contristauerit.
pignus debitori reddiderit. rapinam nihil ra
puerit. panem suum esurienti dederit. et nudu
m operuerit uestimento. ad usuram non como
dauerit. et amplius non acceperit. ab iniquitate
auerterit manum suam. iudicium uerum fece
rit inter uirum et uirum. in praeceptis meis ambu
lauerit. et iudicia mea custodierit ut faciat